Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



BEATVS VIR

Qui non abiit in consilio impio
rum. et in via peccatorum non stetit. et in ca
thedra pestilentie non sedit. Sed in
lege domini voluntas eius. et in
lege eius meditabit die ac nocte.
Erit tamquam lignum quod plan
tatum est secus decursus aquarum
quod fructum suum dabit in tem
pore suo. Et folium eius non deciet
et omnia quecumque fecit prosperabuntur
Non sic impii non sic sed tamquam
pulvis quem proicit ventus a fa
cie terre. Ideo non resurgunt im
pii in iudicio. neque peccatores in
consilio iustorum. Quoniam novit do
minus viam iustorum et iter impi
orum peribit.

Quare fremuerunt gentes et
populi meditati sunt inania.
Astiterunt reges terre et prin
cipes convenerunt in unum ad
versus dominum et adversus christum eius.
Dirumpamus vincula eorum. et proiciamus
a nobis iugum ipsorum. Qui
habitat in celis irridebit eos et
dominus subsannabit eos. Tunc
loquetur ad eos in ira sua et in furo
re suo conturbabit eos. Ego autem
constituor rex ab eo. super sion
montem sanctum eius predicans pre
ceptum eius. Dominus dixit ad me filius
meus es tu. ego hodie genui te. Po
stula a me et dabo tibi gentes here
ditatem tuam. et possessionem tuam
terminos terre. Reges eos in virga
ferrea. et tamquam vas figuli con
fringes eos. Et nunc reges intelli
gite erudimini qui iudicatis terram. Servite domino cum timore
et exultate ei cum tremore. Ap
prehendite disciplinam. nequando irascatur
dominus. ne peratis de via iusta. Cum
exarserit in breve ira eius beati omnes
qui confidunt in eo.

Domine quid multiplicati sunt qui
tribulant me multi insur
gunt adversum me. Multi
dicunt anime mee non est salus ipsi
in deo eius. Tu autem domine suscep
tor meus es gloria mea et exaltans
caput meum. Voce mea ad dominum
clamavi. et exaudivit me de monte
sancto suo. Ego dormivi et soporatus
sum et resurrexi. quia dominus suscepit
me. Non timebo milia populi circum
dantis me. exurge domine salvum me fac deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine
causa. dentes peccatorum contrivi
ti. Domini est salus et super populum tu
um benedictio tua.

Cum invocarem exaudivit
me deus iustitie mee in tribu
latione dilatasti mihi. Miserere
mei. et exaudi orationem meam. Filii
hominum usque quo gravi corde. ut
quid diligitis vanitatem et quaritis